Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



367

XVI

142

contentio inter discipulos ihu: quis eorum uideretur esse maior:
Dixit autem eis ihc Reges gentium dominantur eorum: et
qui qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Vos
autem non sic. sed qui maior est in uobis sicut iunior: fiat
et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis ma
ior est qui recumbit an qui ministrat? Vos autem
estis qui permansistis mecum in temptacionibus
meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit michi
pater meus regnum: ut edatis et bibatis super mensam
meam in regno meo. et sedeatis super thronos duo
decim iudicantes duodecim tribus israel. De collacio

Memoria S. Johis bapte. l. l. Sapie
iusti in compositione odoris facta. opus pigmen
tarii. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria
et ut musica in conuiuio uini. Ipse est directus
diuinitus in penitentiam gentis et tulit abhominaciones
impietatis et gubernauit ad dominum cor ipsius. Et in die
bus peccatorum corroborauit pietatem. Amplificatus est
quasi stella matutina in medio nebule. et quasi luna
plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic il
le refulsit in templo dei. et quasi arcus refulgens inter
nebulas glorie et quasi flos rosarum in diebus ueris et quasi li
lia que sunt in transitu aque et quasi thus redolens
in diebus estatis et quasi ignis effulgens et thus in igne